UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia Sacra Et Hvmana Libri XVI

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

Subiectio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70090

Visual Library

των παρὰ τὴν ἀξίαν, ἀφορμὴ τοῦ κακῶς φρονεῖν τοῖς γίνεται.

res ſecundiores, quàm par eſt, temeritatis occaſionem incautis præbent.

S V B I E C T I O.

Subiectiones contortas amat, & pugnaces, quæ totæ rigeant aculeis rationum.

Olynth. 1. ΗΝ δ' ἐκεῖνα Φίλιππος λάβῃ, τίς αὐτὸν ἔτι κωλύσει δεῦρο βαδίζειν; Θηβαῖοι; μὴ λίαν πικρὸν εἰπεῖν ᾖ, καὶ συνεισβαλοῦσιν ἑτοίμως. ἀλλὰ Φωκεῖς; οἱ τὴν οἰκείαν οὐχ οἷοί τε ὄντες φυλάττειν, ἐὰν μὴ βοηθήσηθ' ὑμεῖς. ἢ ἄλλος τις; ἀλλ' ὦ τᾶν οὐχὶ βουλήσεται.

SIn illa Philippus occuparit: quis eum porrò huc ire prohibebit? Thebani? ne ſit dictu acerbius, etiam expeditè vnà irrumpent. An Phocenſes? qui ne ſua quidem ſine veſtris auxilijs tueri poſſunt. Aut alius quiſpiam? at herculè, nolet.

EXAGGERATIO CLADIS BELLICAE.

In exaggerando non eſt verboſus, ſed de induſtria concidit orationem, & vt Timantes in tabulis, plura relinquit cogitanda, quàm pingit.

Olynth. 1. ΕΙ δὲ δὴ πόλεμός τις ἥξει, πόσα χρὴ νομίσαι ζημιωθήσεσθαι; καὶ προσέσται ἡ ὕβρις. ἔτι ἡ τῶν πραγμάτων αἰσχύνη, οὐδεμιᾶς ἐλάττων ζημίας τοῖς γε σώφροσι.

QVod ſi quæ hoſtiles copiæ venerint: quantæ clades erunt metuendæ? accedet proteruitas, atque inſuper ipſius rei dedecus: quod nullo minus eſt detrimento, ſanis quidem hominibus.

E P I P L E X I S.

Olynth. 3. Ηφρασάτω τις ἐμοὶ παρελθών, πόθεν ἄλλοθεν ἰσχυρὸς γέγονεν, ἢ παρ' ἡμῶν αὐτῶν, Φίλιππος; ἀλλ' ὦ τᾶν, εἰ ταῦτα φαύλως, τά γ' ἐν αὐτῇ τῇ πόλει νῦν ἄμεινον ἔχει; καὶ τί ἂν τις εἰπεῖν ἔχοι; τὰς ἐπάλξεις ἃς κονιῶμεν, καὶ τὰς ὁδοὺς ἃς ἐπισκευάζομεν, καὶ κρήνας, καὶ λήρους; ἀποβλέψατε δὴ πρὸς τοὺς τὰ τοιαῦτα πολιτευομένους· ὧν οἱ μὲν ἐκ πτωχῶν πλούσιοι γεγόνασιν, οἱ δὲ ἐξ ἀδόξων ἔντιμοι, ἔνιοι δὲ τὰς ἰδίας τῶν δημοσίων οἰκοδομημάτων σεμνοτέρας εἰσὶ κατεσκευασμένοι· ὅσῳ δὲ τὰ τῆς πόλεως ἐλάττω γέγονε, τοσούτῳ τὰ τούτων ηὔξηται. τί δὲ τὸ πάντων αἴτιον τούτων; καὶ τί δή ποτε ἅπαντ' εἶχε καλῶς τό-

ALIOQVI progrediatur aliquis, & mihi dicat, vnde, niſi per noſmetipſos, ita ſint auctæ opes Philippi? Sed heus tu, ſi vitioſa hæc ſunt, at vrbanarum rerum ſtatus eſt melior. Ecquid autem dici queat? num propugnacula, quæ tectorio inducimus? & viæ, quas reficimus? & fontes? & nugæ? Eos quæſo intuemini, quorum hæc acta ſunt in Republica: quorum alij è mendicis facti ſunt diuites, alij ex obſcuris clari, nonnulli priuatas ædes publicis ſubſtructionibus ſplendidiores compararunt: & quantò reſpublica plus detrimenti cœpit, tanto res iſtorum factæ ſunt ampliores. Quæ igitur cauſa eſt horum omnium? & cur tandem ſe omnia tum præclarè habuerunt, & nunc haud rectè? Primum, quod & populus, cum ipſe mili-